

SERVI DEI.

§. I.

Gloriosus Titulus.

Ex Veteri.

rebitur? Si ego huic non subvenio; quomodo ille mihi subveniet? Sic debent omnes, qui famulos, & famulas habent, cogitare: sic misereri, & condolare eis, supplicare, & curam habere de servis, vel de ancillis suis; sicut ille beatus Centurio fecit. Orig. hom. 5. in diversis.

Qui illi erat pretiosus. Luc. 7. 2. Authr Imp. hom. 22. Centurio iste, inter servum, & dominum, nullam differentiam ascribat: sciens, quomodo, est dignitatis in hoc seculo diversa fit inter eos; una est tamen natura illis: ideo magis Dei naturam honorabat in homine, quam opus civitatis contemnebat in servo, secundum dilectionem Domini mensurata fidem servi: nec enim possibile erat, ut, sine pretio bonorum morum tantam sibi dilectionem Domini comparasset. Id. ibid.

Noli dicere: ego cibum, & potum, eis præbeo; debita eis stipendia solvo: de animabus suis ipsi viderint, non sum Episcopus, non sum Prælati: nam pro eis Domino tuo, & illorum communi, in die Judicii magnam redditur es rationem. S. Thom. Vill. tr. de Adv. Domini.

§. V.

Servi inscripti carattere Domini.

Go signata Domini Jesu in corpore meo porto. Gal. 6. 17. Cajetanus: ad similitudinem servorum gestantium in facie impressam notam dominorum, inultione fieri factam; describit S. Paulus, se portare manifestè in corpore suo non unam, sed multas impressas notas Domini Jesu. Hoc est manifestum signum, quod sum servus D. Jesu.

Charactere Domini inscribuntur & servuli; & nomine Imperatoris signantur milites. S. Ambros. de obitu Valentiniiani Imp.

Servi domini sui nomen, aut stigma, inultum in corpore, ac præsertim in fronte gestabant, teste Rhodigin. l. 5. c. 31. Et inde inscripti, vel Literati, servi dicti.

§. VI.

Servitus foeda.

NE servitatis Hebrais. 1. Reg. 4. 9. Plurimi vitam, quam libertatem perdere maluerunt. Mendoza in 1. Reg. 4. 9.

Melius est, ut viventes serviamus. Judith. 3. 2. Sciebat, servitute, & extremis hominibus foedam esse, qui Hebræum fume pressum gravi, servire non est passus ad septennium usque. Ex. 21. 2. Si emeris servum Hebræum, sex annis servit tibi. Tempus utcumque tolerandæ signat Moyses, nē ad septennium usque proferatur. Quod si Hebræus manumissus libertatem abnueret, magno Domini deceptus amore. Ex. 21. 6. applicabitur ad os suum, perforabitque aurem ejus subula, & erit ei servus in seculum. Multæ sunt notæ, quibus Moyses premit foedum hominem: ut pote, qui servire malit, quam vitam sui libera. Cur enim ad postes exponitur? Theodoreus q. 46. ut intelligat: nē limen quidem egredi licere invito domino. Subula auris perforatur; in dedecus ejus, qui, libertate postposita, servitute amplectitur, signum hoc juberit accipere, &c. Rupertus l. 3. in Ex. c. 35. Ut semel dictæ professionis suæ delere, vel abscondere, non possit monumentum. Addo ego: moneri servum aure perforata: meminere, vel se aures trahendum esse, in quacumque dominus partes voluerit. Velloso in Judith. 3. Paræm. 2.

Errant pertransit animam ejus. Pl. 104. 18. Sed quomodo ferri vis animum hominis pervadat? S. Ambros. Oct. 12. in Pf. 118. quæ potuit nobilis profapia puero gravior esse tentatio, quam ut tanto familiaris splendore dejectus, serviret apud Ægyptios. Id. ib. Apud Velloso in Judith. 3. Paræm. 2.

§. VII.

Miscellanea.

Magna consolatio ancillarum, quod Mater Dei, Angelorum regina, Domina totius creaturæ, se vocat ancillam. Luc. 1. 38. B. Humbertus f. 98. ad famulas divitum. Dicitur est servus à servando: quia victis hostibus capti servabantur ad vitam. S. Thom. Aq. in Gen. c. 9.

Mortuusque est ibi Moyses servus Domini. Deut. 34. 5. hic est titulus Moysis legislatoris, & Ducis Hebræorum; iis longe nobilior, quos sepulchris antiquorum mortuorum superbia inscribit. Potuissent & illi splendida vocabula insculpere lapidi sepulchrali, v. g. mortuus est Moyses Deus Pharaonis, Dux populi, Salvator Hebræorum, Legislator rituum, Dei interpres. Sed his omnibus abstinerere titulis, Deique servum dicere maluerunt, quam Deum Pharaonis. Et optimo jure: nam reliquorum nominum pompa, si cum titulo servi Domini componatur, evanescit, penitusque dissolvitur. Oliva l. 12. Strom. §. Mortuusque est ibi &c. Grandis dignitatis est; & meriti esse servum Domini. S. Hier. in Pf. 15.

Mortuus est Josue filius Nun, servus Domini. Jos. 24. 29. Augustissimus ille Josue, post egregia gesta, post solem, & lunam obsequentem; post innumeras hostium copias extinguitas; post fidem Dei nominis propagatam obit. Porro conatur facer textum esse posteritati tradere laudibus exornatum: mortuus est &c. Epitaphii loco elogium hoc: Servus Domini, quæque egregia complectens. Elocbat t. 1. mir. Chr. l. 10. sect. 1. Obf. 2.

Vade, & loquere ad servum meum David. 2. Reg. 7. 5. Cur non vocat amicum, vel regem Israel? sed servum suum? certe hoc nomine, quiddam David infamie contraxerat, ob non ædificandum templum, facile tolerare erat. Theodoreus hic q. 22. delinit eum appellatione servituti; est autem summus honor, nominari servum Dei. Sylveira in Apoc. 1. 1.

Erant enim principes Sanctuaris, & principes Dei. 1. Paral. 24. 5. dicitur de Sacerdotibus, & ministris. Principes Dei, id est, magni principes more Hebræo. S. Hieron. in tradit. Hebr. idcirco dicuntur principes Dei, principes Sanctuaris; quia ibi ministrabant. Velloso in Judith. 4. Paræm. 18.

Nunquid considerasti servum meum Job, quod non sit ei similis &c. Job 1. 8. Respondit invidus: nunquid Job frustra rimet Deum? Cur diabolus gravat Job servi titulo? Orig. lib. 1. in Job: hanc vocem diabolus nequaquam audire patitur: non tolerat nequissimus, ut aliquis Deo servus sit, vel omnino nominetur, quid hoc majus est? quid superius? ut quis fit Creatoris servus, atque celestis Regis famulus; non est hic major gloria.

Psalmi 35. titulum: in finem servo Domini ipsi David. S. Hieronymus grandis dignitatis est, & meriti; esse servum Domini.

O Domine! quia ego servus tuus: ego servus tuus, & filius ancilla tua. Pl. 115. 16. Non solum se servum iterato appellat; sed etiam matrem suam Dei ancillam: acsi nihil sibi gloriosius duceret; quam suam, & majorum suorum servitute erga Deum. Mendoza in 1. Reg. annot. 8.

Ecco nunc benedicite Dominum omnes servi Domini. Pf. 133. 1. Audisti servum: & nē aliquid putares abjectum, addit Domini: ut de potentia summi Principis dignitas cresceret servientis. Hoc se nomine Paulus honorabilem Gentibus fecit: Paulus servus Jesu Christi. Rom. 1. 1.

Revertete, revertete Sannamitis &c. Cant. 6. 12. Pulchri sunt gressus tui filia principis. Cant. 7. 1. Id nomen, & decus, sibi parit, quæ servire Deo studet. Rupertus hic: quia jam revertetis; te appello filiam principis. Quidquid præsteris, licet obsequio humilis, ut Deum colas, & eique servias; magnum id est. Scivit hoc Maria, quod se erigeret majestatis; si pingi se faceret cum puero Jesu in ulnis: quod patet ex S. Lucæ iconibus. Deinde tradit Lucas minute; quid Virgo fecerit Christo nato. Luc. 2. 7. Pannis eum involvit, & reclinat eum in præsepis. Ratio S. Bernardi l. 7. in Pf. 90. cui servare regnare est; gestare hunc, non onerari, sed ornari est. Velloso in Judith. 4. Paræm. 18.

Servi Dei egredimini. Dam. 3. 23. Suavissima voce eos appellavit; & hoc ipso blandiendo illos veneratus est. S. Chrysof. hom. 8. in ep. ad Ephes. Non ita gavissus fuisset, si vel reges eos, vel orbis dominos vocasset; atque quod dixit: Servi Dei. Bæza t. 1. l. 3. c. 7. §. 11.

Ex Novo.

Paulus servus Jesu Christi. Rom. 1. 1. S. Chrysof. hom. 8. in ep. ad Eph. Paulus, cum scriberet urbi adeo magnæ, orbis videlicet dominum gerenti, & de magnis dignitatibus glorianti; tanquam quod ad illius dignitatem responderet, imò & quod

& quod esset multo majus incomparabiliter, & Consulatum excederet, & regnum, & orbis principatum; hoc posuit, nempe Paulus servus Jesu Christi.

Jacobus Dei, & Domini nostri Jesu Christi, servus. Jacobi c. 1. 1. Sufficit nobis ad omnem dignitatem, talis, ac tanti, Domini servos nos appellari. Sanctus Basilus orat. 2. de principatu.

Simon Petrus servus, & Apostolus Jesu Christi. 2. Petri 1. 1.

Mittens per Angelum suum servo suo Joanni. Apoc. 1. 1. In exordio sui libri præclarissimos titulos de se Joannes poterat vulgare; illis tamen omisis, solum se servum Dei vocat: acsi hoc nomine nihil sit illustrius. Sylveira hic.

Ex Patribus.

Libertate nobilior est servitus Christi. Orig. l. 1. in cap. 1. Roman.

Nulla major est dignitas, quam servire Christo. S. Ambros. lib. de Vid.

Quem regnare delectat, uni omnium Regnatori Deo subdici heret; plus cum diligendo, quam se seipsum. S. Aug. l. de vera Relig. cap. 48.

§. II.

Servorum Dei utilitas.

Num. 1.

Præmium.

Ex Veteri.

Solve calcamentum de pedibus tuis. Ex. 3. 5. Lippoman, sic explicat: solve calcæos; ut hoc symbolo cedas ovibus, & peccibus tuis, coque tecum in Deum transferas: ut totus deinde in Dei jus & obsequium transeas. Olim enim, cum quis jure suo caderet, illudque in propinquum transferret: exuebat calcæos, ut patet Ruth. 4. 7. Cornelius hic.

Ex quibus Daniel unum erat. Dan. 6. 2. Theodoreus hic: Regnante Nabuchodonosor Daniel splenduit, & à maxime horribili rege adoratus est. Regnante item Balthasar floruit: nec minus illustris fuit Dario regna tenente: regumque successiones nihil de ejus gloria immutatur; sed illi morte extincti sunt: at Daniel æqualem illis omnibus splendorem obtinuit. q. d. quis credit, amicum regis cum rege non perire? prodigiosum id videtur. Convenite huc, qui regum amicitias ambitis, qui stabilem statum in regis favoribus amatis. Unus est, qui volubilem fortunæ rotam stare faciat clavus; nimirum quo inulti Dei servitute profitentur. Bæza t. 1. l. 1. c. 9. §. 12.

Hebræus ego sum; Deum cali ego colo. Joan. 1. 9. juxta Sept. Quod est opus tuum? ib. interrogant nautæ. Theophylactus: quæ est negotiatio tua? Quasi ille, ut ceteri, qui una navigant; esse mercator; & per mare negotiaretur quis gratia. Quibus ipse respondit: servus &c. Bene ad interrogantium mentem respondit: quia ejus negotia fieri cupiebant, optinam, & ditissimum omnium, negotiationem suam explanans his solam verbis: Deum cali ego colo. Quasi dicat, inquit Theophylactus: hoc studium meum, hæc mea negotiatio est, servire Deo veto per me opera. Bæza t. 1. l. 10. c. 3. §. 23.

Ex Novo, & Patribus.

Abraham genuit Isaac. Matth. 1. 1. Quare hæc sacra generatio incohat in Abrahamo? & Abraham constituitur caput hujus generationis: nam ille filium suum Deo obtulit in hoccaustum. Ideo Deus, qui est dives in misericordia; in superabundantem compensationem filium suum illi dare decrevit. Gen. 22. 16. Solet enim magnificentissimus Deus premium merito proportionatum dare: & quibus ei obsequia præstamus, iisdem dona sui nobis communicare. Sylveira hic qu. 20.

Tertius sustinent me. Marci 8. 2. Enumerat dies, quibus ei servimus; imò horas obsequio suo impensas. Quasi mercenarius dies ejus; cuius dies, & horæ annotantur ob mercedem. Marchantius Dom. 6. Pent.

Vos amici mei estis. Joan. 15. 14. Amici Dei dicuntur servi, ut ex scripturæ testimonio claret: ut nomen servituti non adimat amicitiam; & amicitia nomen non excludat utilem servitute. Nam Abraham appellatus est amicus, & servus Dei. Creditur Abraham Deo - & amicus Dei appellatus est. Jacobi 2. 23. Et alibi: Abraham, Isaac, & Jacob, servorum suorum fideli-um. 2. Machab. 1. 2. Servus in merito, amicitias in premio. Servus custodit imposita; secreta sentit amicus: foris servus expectat, cubiculum amicus ingreditur. Sim. Cass. l. 12. c. 10.

Scio tribulationem tuam. Apoc. 2. 9. Albertus M. nota, quod dicit, scio: in quo inquit, quod bonum est tali Domino servitute, qui non dat oblivioni servitia famulorum.

Videmur quidem Domino negotiari; sed nobis cedunt negotiationis lucra: & videtur Domino offerre hostias; sed nobis, quæ offerimus redonatur. Deus enim nullius indiget; sed nos vult divites esse: veltrum desiderat per singula quæque profectum. Or. g. hom. 8. in Gen.

Quare fecit Deus hominem? Non quasi indigens Deus hominis psalmavit Adam; sed ut haberet, in quem collocaret sua beneficia. Nec nostro ministerio indigens, justit, ut eum sequeremur; sed ut nobis ipsis attribueret salutem: sequi enim Salvatorem participare est salutem; & sequi lumen, participare est lumen. Propter hoc exquirat Deus ab hominibus servitute: ut quoniam est bonus, & misericors; benefaciat eis, qui perseverant in servitute ejus. In quantum enim Deus nullius indiget, in tantum homo indiget Dei communiione. S. Irenæus Adv. hæres. l. 4. c. 28.

Bono Creatori secundum animam, & per invisibiles actiones, & invisibilia placita, servimus; quia hoc exigit à nobis; non suo, sed nostro, commodo: quoniam nostrum ipse non indiget; in seipso, & ex se ipso, & per seipsum, existens perfectus; à nobis pro nobis perfectiones in anima; & corpore sua benignitate requirit. Sim. Cass. Prologo super Ev.

Nam. II.

Servis Dei omnia cooperantur in bonum.

Pugnavit contra Amalech. Ex. 17. 10. Sed quibus armis? Egredi quidem cum aureis, & argenteis vasis, non cum gladiis, lanceis, aut sentis. Unde ergo eis arma contra Amalech? Theodoreus hic: his nempe, quæ cum Ægyptiorum cadaveribus ad litora devoluta fulsulant. Arma his servierunt hostilia in bonum suum, & interfectionem hostium Bæza t. 2. l. 10. c. 3. §. 5.

Venisti ad mare; perfectionisque sunt Ægyptii Partes vestras. Jos. 24. 6. Mare Hebræis videbatur insaultum; Pharaonis persecutionis commodum: verum adeo contrarius fuit humano iudicio eventus; ut mare Hebræos secum transferret, & digna strage absorberet Ægyptios. Naxera hic §. 28. Dei servus quæ imminere videbantur pericula, vertuntur sape in auxilia.

Terram nunquam ascendit super caput meum, quia Nazareus, id est, consecratus Deo sum. Judic. 16. 17. Illam mirabilem robur Sampsonis, quo vincula facile rumpebat, in capitis erinibus statuit Deus: quia Nazareus erat, id est, Deo consecratus: cujus externum signum erat, quod novacula non transibat per caput ejus; nec erat salum tempore separationis suæ. Num. 6. 5. Sanctus eris crescentate capitis ejus. Sampson capillis obsequium Deo deferbat; ideo etiam in iis à Deo honorabatur. Sylveira in Matth. 1. q. 20.

Quomodo gladium non haboret in manu David? i. Reg. 17. 50. Deum vidit Philistæum Goliath horrendo præcingi ensis, quod præcinctus in arcam descendit contra inermem puerum; ad quod gladium acuit? ad quod forte strinxit? an ut periret David? absit; imò ut David haberet, quod posset hostem trucidare. Bæza t. 2. l. 10. c. 3. §. 5.

Ecco piscis immannis exivit ad devorandum eum. Tob. 6. 2. Ex formidato periculo experitur auxilium. nam piscis sèl oculos patri restituit. Naxera in Jos. 24. §. 28.

Fecit lumen ex spuro. Joan. 9. 6. Servus Dei etiam adversantia mala juvant. Quis à luto coæcitatum speraret pelli, quod oculi cantarium est. Bæza cit.

Rationalis anima, si Creatori suo serviat, à quo facta est, per quem facta est, & ad quem facta est; cuncta ei cetera servant. S. August. l. de vera Relig. c. 44.

§. III.

Servire Deo suave, & facile.

Tribus Levi non dedit possessionem: quoniam Dominus Deus Israel ipse est possessio ejus. Jos. 13. 33. Divina tractantes carebant labore, non fructu; populus enim iis decimas fructuumolvebat. Naxera hic §. 49.

Tollite jugum meum super vos. Matth. 11. 29. Non dicit, venite, imponam jugum meum super vos; sed vos illud tollite. Cajetanus hic: tollite, id est, Evangelicam Legem meam voluntarie suscipite. Neque enim inveniretur requies, tanquam corona, ubi in-tollendo jugo non esset meritum. Nec meritum esse poterat; si non liberis, sed coactis, imponeretur. Ramirez in Apoc. 3. ep. 7.

Jugum meum suave &c. Matth. 11. 30. Portare jugum Christi, suave est, si ornamenta putes cervicis tue esse, non onera. Erige cervicem: redimicula, non vincula geris. S. Ambros. Oct. 3. in Pf. 118. Suave est volentibus, durum est nolentibus. Quamvis durum videatur esse ad Sanctos; propter corporalem tribulationem; tamen suave est: quia habent spem vite æternæ. S. Hieron. in Pf. 16.

Fecit eis convivium magna Levi in domo sua. Luc. 5. 19. Ità Domino cœli, terræque servitur. Non tristes, sed alacres, & epu-



& epulantes, dimittamus telonium: Deique scias servitum festivam esse; cuius auspiciatur Mattheus tyrocinium ab epulis. Nunquam fore Levi laudis coenavit; quam cum pecuniam abiecit. Olival. 11. Strom. hic.

Nulla major consolatio, nulla delectatio gratior, quam servire Deo. Vita religiosa, vita quiesca, pacifica, secreta, delectabilis, jucunda, rationalis, amicabile, & gratissima. S.Th. Vill. 2. D. Quadr.

S. IV.

Servire Deo suavius, & utilius; quam Mundo, & diabolo.

Ex Veteri.

In fano olo dierum circumcidetur. Gen. 7. 12. Deus puerorum circumfessionem precipit; Pharaon submersionem. Ex. 1. 26. Quam leviora sustinent, parentes, cum Deo obsequuntur: & quam immania, dum Aegyptiis inferuntur. Sub Dei legibus filios circumcidunt ad vitam; sub Pharaonis legibus filios generant ad funera. Cum aliqua dura lex divina injungere videtur; cogita, quam ferè impossibilia amor mundana imperet: quanta brevis dignitas, ambitio, cupiditas, Naxera in Jos. 3. 17.

Jacob in domo Dei quiescit, &c. Gen. 28. 12. In domo Liban Gen. 31. 40. est utitur, & gelu.

Præcipue Sacerdotibus, qui portant arcam fœderis; & sic eis: cum ingressi fueritis partem aqua Jordanis, stete in ea. Jos. 3. 8. 17. Durum ad speciem præceptum. Sed quid Pharaon suis imperat? Ex. 14. 23. Persequens Aegyptii ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis. Durus, & periculosus est, marinis vorticibus se cœca temeritate objicere; quam fluviales undas Deo duce tranare. Tertullianus l. 7. ad MM. 6. 5. hæc non sine causa Dominus in scutulum admittit; sed ad nos, & runc exhortandos, & in illo die confundendos; si fortunadeverunt patri pro veritate in salutem, quæ alii aspectaverunt pro vanitate in perditionem. Naxera cit.

Misere Saul ad David dicens: sicut David in conspectu meo: invenit enim gratiam in oculis meis. 1. Reg. 16. 22. Et tamen 1. Reg. 17. 55. quærit de qua stipe descendit hic adolescentus? Unde tanta oblivio in rege? Assentior Lyrano, qui putat, eam profectam fuisse à diabólica perturbatione. Hoc habent Manducæ ingenium, acceptum à diabolo; ut suorum penitus obliviscatur, & minime suos noscat. Quis magis absconditus ab oculis mortalibus, quam Judith. c. 8. 5. hæc in superioribus domus: sus fecit sibi secretum, in quo cum puellis suis causa morabatur. An ideo incognita? ait textus: Quæ hæc in omnibus famofissima; quoniam timebat Dominum valde. v. 8. Bæza t. 1. l. 7. c. 1. §. 4.

Servient ei. 2. Paral. 12. 8. Roboam, ac Juda, principes delinquentes Deus in manus Sefag, regis Aegypti tradidit. Quo consilio? servient, inquit, ei. Ut sciant distantiam servitutis mex, & servitutis regni terrarum. Lyran: quia servitus Dei suavis est, & consolabilis: servitus autem humana dura, & quasi importabilis. Efcobar t. 1. mir. Chr. l. 5. sect. 2. Obl. 6.

Pedes habent, & non ambulabunt. Pl. 113. 7. Non tamen ait, dentes habent, & non edent. Vitulus enim pacis volebat; sed non ambulare ad juvandum. Naxera in Jos. 24. 5. 9.

Ecce nunc benedicite Dominum, omnes servi Domini, qui statis in domo Domini. Pl. 133. 1. Qui statis, non jecitis: stant servi tui; hominum servi jacent. S. Chrysol. l. 15.

Propter hoc hæc dicit Dominus Deus: ecce servi mei comedent, & vos esturietis: ecce servi mei bibent, & vos sitietis: ecce servi mei latibunt, & vos confundemini: ecce servi mei laudabunt pro exultatione cordis & pro contritione spiritus ululabitis. Il. 65. 13.

Si quis non prostratus adoraverit, eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis. Dan. 3. 6. An non fat erit, adorare submissio capite? non: debent se prosternere, & toto in terram projecto corpore adorare. Non tam profundam sibi Deus, sub pœna ignis, adorationem poscit; vel sola cordis humilitate contentus. Alvarez Illustr. 185.

Inpendebatur in eo per dies singulos. Dan. 14. 2. Ecce quanta idolo solvere quotidie opus! quid autem juvit suos cultores? audi Danielen v. 6. nō eras Rex; iste enim inrinsecus intus est, & forinsecus vultus. Gradi non poterat are onustum; nec manum porrigere, quia luteum. Et tamen vivens videbatur, ut illi penderentur tributa; mortuum, ut ipse præberet auxilia. Attente videant, qui magnatum domos frequentant; quos sibi patronos delignant. Sunt, qui sanguinea instar Prov. 30. 15. nihil aliud ore versent, quam affer, affer, cum tamen benefacere profus ignorent. Naxera in Jos. 24. 5. 9.

E Novo.

Beati pauperes spiritum. Matth. 5. 3. Ad serviendum regi, necessariz sunt vestes, sumptus & divitiæ: ad serviendum autem Deo sufficit paupertas. Minori ergo sumptu servitur Deo, quam Mundo. Stella de cont. p. 3. c. 94.

Puer meus jacet. Matth. 8. 6. Quomodo hic Centurio, qui sic agnovit Dominum, puerum suum ausus est profiteri? puer meus. Meum dico, quia jacet. Si tuus esset, Domine, non jacet. Probat hoc Propheta cum dicit: ecce nunc benedicite Dominum omnes servi Domini! qui statis in domo Domini. Puer meus, qui jacet, ut tuus sit, surgat: meus, quia paralyticus; ut tuus sit, jam sanetur. Sanct. Chrysol. l. 15. q. d. qui Mundo servit, jacet in lecto bonorum temporalium, & non quiescit; sed male torquetur. Sylveira in Joan. 4. q. 11.

Jugum meum suave est. Matth. 11. 30. Unicum est Christi jugum; et hominum jugum multiplex. Efcobar t. 1. mir. Chr. l. 5. sect. 2. Obl. 6. Quinque iuga bene emi.

Ecce nos reliquimus omnia. Matth. 19. 27. S. Bernardus hic: solidior bellis homine, quod iuga necessitatis earum propria ipse habeat voluntate. Quid iuga epist. boium. Luc. 14. 19. cui jugum suave gratis offertur; sed etiam copiosa his, qui tulerit illud, remuneratio est.

Et vos similes hominibus expectantibus dominum suum. Luc. 12. 36. Cur non aptius? & vos similes hominibus expectantibus Deum. O Domini sapientiam! Mundiales dominos expectantibus cupit similes alacritati obsequi: quia scit, attentius humanis dominis famulari: optimumque religiose servitutis exemplar, feculi esse servitum. Naxera in Jos. 11. 5. 21.

Swagam, & ibo ad patrem meum, & dicam ei: pater, pater, & tuus in calum, & coram te. Fac mecum unum de mercenariis. Luc. 15. 18. Sed inter amplexus paternos, solam se meminit filium oblitum mercenarium. Cur non proditor cogitata? Desiderabant solari famem: & cum remotior, labore acquirendum novit; ideo subire labores mercenarii decrevit, fac me sicut unum de mercenariis. Postea vero vita exultans, quia novit, Deo proximiores carere fadore rustico: inter brachia charitatis oblitus est servitum. Et quidem prudentiam comprobavit effectus. statim namque ingressus domum mensam dapibus relectam invenit; nec ad labores mercenarium missus. Vide Religiosos: videlicet ad Deo conjunctos; quibus divina providentia; Elize ad instar, alimentum ministrat, nullis sudoribus comparatum. Naxera in Jos. 13. §. 49. Fac me, sicut unum de mercenariis tuis. S. Chrysol. l. 2. hoc petit: quia, qui penes extraneum servam fenserat libertatem; penes patrem creditit sibi futuram liberam servitum.

Impleverunt duodecim cophinos. Joan. 6. 13. Qua ratione duodecim cophinos Christus implevit: nisi illud populi judaici solvere: quia manus ejus in cophinis servierunt. Pl. 80. 7. Hoc est, populus, qui antea lutum in cophinis colligebat; hic jam per crucem Christi vitæ cœlestis operatur alimoniam. S. Ambros. l. 6. in Luc. Servientes Mundo lutum, & sudorem, labores, colligunt; servientes vero Christo cœlestem alimoniam reportant. Sylveira hic q. 24.

S. V.

Servitia plura, & duriora, exigit diabolus, quam Christus.

Quia scistis hæc rem. Gen. 22. 16. Rem alieno, sed faciendo, nomine vocat. Ut magnitudinem operis verbo-rum gravitate indicaret. Sed nota: Abraham tantopere laudatur à Deo, pro uno filio, quem nec dare pro illo paratus erat; cum Psalmista Pl. 105. 37. 38. dicat de Hebræis, qui permixti Gentibus mores eorum induerant: immolaverunt filios suos, & filias suas; & damonibus; & effuderunt sanguinem innocentem. Dæmonium causa, vanitatis Mundi graves facturæ nil pens habentur: prodigii loco est, si Deo vel unum immoles. Did. Nyf. ser. 6. Dom. 2. Quadr. §. 4.

Tedere cepit populum iteneris, ac laboris. Nu. 21. 4. Queniam populum tœdebat? Eumne, qui paucis ante mensibus excoquendis lateribus opprimebatur? servitute, virgis, fame, tantum non cœctus in Aegypto? Ex. 5. 16. palea non datur nobis. Ad Dei iustum piger vel regnare in libertate; quibus liber sub Pharaone, non premi tantum, sed mori. Proh jugi divini impatientiam! etiam manna fastidimus, si pluat è cœlo. Num. 11. 5. Esturimus pepones, & cucumeres, si eos Aegyptus præbeat. Ergone sub Deo panis cœlestis non sapit; & capta lapit sub Pharaone? &c. Oliva lib. 1. Strom. §. Deest panis.

Vade, & lavare pedes in Jordane. 4. Reg. 5. 10. Quo audito Naaman spernit remedium, & iratus patriam repetit. Cur id? nonne sæpe pro deliciis homines in fluvio abluntur? Nam ut quidam ex servis ejus dixit: si rem grandem dixerit tibi Propheta, curd facere debuerat. v. 13. Cur sis difficilis ad suave balneum? cum sciamus Sacerdotes Baal pro illius cultu se proprio sanguine abluisse? 3. Reg. 18. 28. incidabant se, jux-

sa, juxta ritum suum, cultus. Naaman, ex Dei iussione, per os Prophete mandatur, se ablueri in flumine; Sacerdotes Baal, ex dæmonio, se cultus dilacerant. Ita Dei mandato suavi pro sanitate habenda voluntas humana renuit; & ad Mundanum obsequium, etiam cum dolore, & cruore, facilis currit. Sylveira in Luc. 19. q. 11.

Quid debui ultra facere vincta mea, & non feci ei. Il. 5. 4. ait Dominus. Quid causa est: quod inimico meo, veltroque, libet servire; quam mihi? neque enim ille creavit nos; sed nec pascit quidem. Si parva hæc videntur ingratis: non ille, sed ego redemi vos. S. Bernardus l. de verbis Petri.

Quicumque parum dederit tui ex minimis istis, calcietur aqua frigida tantum. Matth. 10. 42. De dæmone Job c. 40. 18. Ecce abstergetur fluvium, & non mirabitur, & habet fiduciam, quod influet Jordanis in eis, Christus scypho contentus; dæmon nec fluvio. Did. Nyf. D. 6. Pent.

Qui habet duas tunicas, & det non habenti. Luc. 3. 11. Theophylactus non dixit, qui habet unam tunicam; sed qui habet duas. Nec enim Deus vult, ut nobis necessaria largiamur alius. Luc. 11. 41. quod superest, date elemosinam, Dæmon è contra quid imperat veneris mancipio? forsitan ut solam scularium suarum partem det lupæ; nequaquam: totas in illam vult profundi opes. Did. Nyf. Dom. 4. adv. §. 4.

O quam suave est, Christo servire! qui non precipit gravia; non sibi, sed servitori, utilia. Mirum iugiter valde est; quomodo sic servit diabolo decipienti, sic Mundo deficienti; & non vultis servire Christo rescienti, nostram salutem deserant? S. Bonav. l. 2. de adv.

S. VI.

Serviendi Deo varia motiva.

Erre mihi Dominus in Deum. Gen. 28. 21. Videtur votum otiosum. Non idem est, habere Creatorem pro Domino, & habere illum pro Deo. Qui pro Domino illum habent, nec tamen ei servant; pro Deo non habent. Did. Nyf. Poll. Cœlor. p. a. c. p.

Servite Domino in læticia. Pl. 99. 2. Illi sub læticia Domino servant; qui cum supra cuncta diligunt, & invicem se fraternam charitate conspiciunt. O libera servitus! o servitium super cunctas dominationes eximium: quibus talis læticia tribuitur, qualis in regnorum gloria non habetur. Cassiodorus hic.

Serva eos in nomine tuo. Joan. 17. 11. Notanda verbi proprietates; dum dicit, serva. Servari namque proprie dicuntur, qui capti in bello, cum jure belli possit occidi, victoris miseratione vita donantur. Sic nimirum cum isto Mundo Deo inimico jure damandi sumus; sed victoris Dei gratia servamur. Unde & juxta rei veritatem servi sumus; licet, propter abundantiam gratiæ, filii nomenemur, & simus. S. Rupertus hic.

Quodcumque apexeris ædificium, tuum est, vides cœlum, vides solem, vides stellas, vides lunam, hoc ædificat te. Debes enim cogitare, & dicere: si sol, & luna, & cœlum, & stelle Deo servant; quare ego non serviam? Cœlum servit, & terra servit, & infelix homo non servit. S. Hieron. in Pl. 91.

Serviamus Deo bono, ut non malis Gentibus, & potestatis iniquis serviamus. S. Chrysol. l. 20.

Utinam vel tantum Deo, quantum Mundo; quando tantum cœlo, quantum terræ; quando tantum virtuti, quantum vitis humana fragilitas famulatur? Id. l. 114.

Magnum quidem est pretium, quod impendit pro te. Sed parabile est, & ad manum habes, quod postulat à te. Postulat enim, ne auferas ei jus suum; postulat, ne alieno domino assignes nomen suum. Hildebertus Turon. l. de redemptione hum.

Mihi credite fratres: nihil est præstantius, quam servire Domino. S. Laurentii Just. ultimæ voces in morte. Bollandus 8.

Propter tria maxime debemus esse ministri Christi; & ei servire, 1. Quia quidquid sumus; & possumus; ipse dedit credendo, 2. Quia servit nobis, nos redimendo. 3. Quia iterum serviet in glorificatione. S. Thom. Aqu. Dom. 3. adv.

S. VII.

Servire duobus non potes.

Ex Veteri.

In die, quo fecit Dominus Deus cœlum, & terram. Gen. 2. 4. Non prius Deus in Scriptura dicitur Dominus, ut observat Tertullianus; quam postquam hominem condidisset. Rationem reddit: ostenderem Deum voluisse, se dominum in cœteras res inferiores nihil fecere; ac in solum hominem vel le dominari. Vel potius: ut homo nullum alium Dominum agnoscat, quam solum Deum. Bessius Dom. 14. Pent. Cum

omnia crearet Deus, scilicet creatura commemorat; quod in omni producendo, Deus, non Dominus, nominatur. Cum verd ad hominem creandum venitur, Deus, & Dominus dicitur: ut monstraret, nullum alterius creaturæ, sed tantum hominis; non solum ut alium creaturam esse; sed & vocari Dominum voluisse: cuius proprie proprium est sub cœlo rationabilem obedientiam recipere. Sim. Cals. l. 4. c. 1.

Abiicite deos alienos. Gen. 35. 2. Ex hac abdicacione, præter alias utilitates, habemus id solati; quod faciliè uni Deo servire possumus. Videbis homines, qui in aliquibus domibus pro exigua mercede servite malint, ubi unustantum dominus; quam in aliis, ubi solarium multo majus, sed plures domini. Did. Nyf. Pol. cœl. p. 2. l. 9. c. 5.

Immolabis Deo super montem israhel. Ex. 3. 12. Fas non est, Domini servum, præterquam in Domini servitio implicari. Populus autem Dei à Pharaone in Aegypto pro suo servitio implicabatur. Vultus ergo Dominus populum suum explicari ab Aegyptiaco servitio, & ad sacrificandum sibi fieri liberum in deserto. Sim. Cals. l. 4. c. 4.

Audi Israel, & obsecra; ne facias, quæ præcepit tibi Dominus. Audi Israel; Dominus Deus noster, Dominus unus est. Deut. 6. 3. 4. An non aliud erat, quo validius obligare Israelitas ad servanda præcepta Moyses poterat? quam ut diceret: Dominus noster, Dominus unus est? Poterat pro ponere æternitatem, immensitatem, omnipotentiam. Oleaster hic: confidera, à quot laboribus nos Deus eripuit. Difficile est, multis dominis servire; quanto magis diis? Ne ergo labores, o homo; in multorum deorum, tam diversa petentium cultura; ostendit tibi Deus tuam unitatem.

Ugneguo claudicatis in duas partes? 3. Reg. 18. 21. 4. Reg. 17. 33. cum Dominum colerent, diis suis quoque serviebant.

Vultu casti cor meum in uno oculo tuo torum. Cant. 4. 9. Gilbertus f. 30. in Cant. oculus tuus unus est, si purus est. Unus est, si quodammodo simpliciteatus, & strictus, & directus, in unum est: non filius, non divinus, non sparsus, in multa. Oculus tuus unus est si intendis, & intueris, semper in unum. Denique, si amoris oculus est, unus est.

Ne accesseris ad eum duplici corde. Eccl. 1. 36.

Horologium solare. Lem. uni soli servio. Nulli alteri luci, nec lunæ, nec stellarum.

Ex Novo.

Illi soli serviens. Matth. 4. 10. Intellecsum tibi dabo in via hac, quæ gradiaris. Pl. 31. 8. quæ potè illi doctrina? nolite fieri, sicut equus, & mulus, quibus non est intellectus. vi. 9. S. Gregorius: equus, sicut dominum suum ad portandum recipit; ita etiam, sine discretionem, alios, qui volunt ascendere, sefores admittit.

Nemo potest duobus dominis servire. Matth. 6. 24. In executione mandatorum, non dominorum dualitas; sed numero-sitas; sed præceptorum diversitas, multiplicitatem facit: nec unitatem unus Dominus, fed unitas præceptorum. Sim. Cals. l. 10. c. 36. Intellige, cum Chrysolostomo, de contraria imperantibus; & sibi non subordinatis. Nam pater, & filius, uxor, & vir; multi etiam subordinati domini, qui idem jubent, pro eodem reputantur domino. Barradius t. 2. l. 7. c. 26. hic. Non possumus simul servire Deo, & divitiis: quia unum sustinebimus, & alterum contemnemus: Deum scilicet postponemus amori divitiarum. Judas, ut serviret maritupio, Christum adeo sprevit, ut vili venderet. Ut quid perditis hæc? Matth. 26. 8. Hieron. infelix Judas, damnus, quod ex effusione unguenti se fecisse credebat, vult Magistri pretio compensare. Quia vultis mihi dare? Non postulat certam summam, paucis contentus. Efcobar. tr. 3. Coll. Chr. l. 6. Obl. 3.

Craffimus dies sollicitus erit sibi ipse. Matth. 6. 34. Sollicitum esse in illum diem craffinum, est servire Mammonæ, servire cupiditatibus; diligere Mundum & ea, quæ in Mundo sunt. Quod idcirco rectè prohibetur: quia sicut profectus nemo potest utrumque, præsentem, & craffinum diem simul videre; ita nemo potest Mundum, simul & Deum diligere; Deo servire simul & Mammonæ, quam ob causam? craffinus enim dies, inquit, sollicitus erit sibi ipse. Quid est, craffinus erit sollicitus sibi ipse? nempe diabolus. Mammon, sive princeps hujus Mundi; nihil Deo de sua sollicitudine communicabit, nihil cum Deo commune habebit. Rupertus hic.

Ut sine timore. Luc. 1. 74. Porrò, nisi à dæmone dominatu liberemur, Deo in veritate servire non possumus. Prius enim à dæmonibus habenda est libertas; ante sunt solvenda vincula peccatorum; quibus voluntarie nosmetipsos inneximus. Prius è carceribus oportet dimitti, quam justum famulatum Deo exhibere possumus. Sim. Cals. l. 3. hic. Nemo se fallat, nemo se decipiat, Dominus, & diabolus, ab uno pariter amari non possunt: aut enim diabolus oditur, ut Dominus diligatur; aut, si diligitur diabolus, necesse est, ut contemnatur Dominus. Sanct. Chrysolostomus l. in Gen. 3. 15. Duo domini, quibus non potest simul servire, sunt vitæ vir-



virtutes; cœlestia, & terrana, Deus & diabolus; vera gloria, & vana gloria, caro, & spiritus. Multi tamen sunt, qui utrisque servire laborant; de quibus dicitur 4. Reg. 17. 41. Erunt gentes Deum rimentes quidem Dominum, sed nihilominus idolorum suis servientes. Eccl. 2. 14. ut duplici corde & peccatori terram ingrediens duas vias. Iste dicitur 3. Reg. 18. 21. usquequo claudicatis in duas partes? si Dominus &c. Si Baal &c. Hujus autem impossibilitatis quatuor sunt rationes. Prima est, contrarietas officiorum; quia Dominus vult sibi servire dispergendo. Pl. 131. 9. dispersisti, dedit pauperibus; diabolus vero, & Mundus, vult sibi servire congregando. Luc. 12. 18. destruat horrea mea &c. Item servitium Dei, est exercitium virtutum. Luc. 1. 74. ut sine timore serviamus illi in sanctitate, &c. Servitium autem diaboli est in opere vitiatorum. Luc. 15. 15. filius prodigus adhaesit uni civium &c. Secunda ratio, est diversitas locorum. Diabolus enim in loco immundo habitat. Job 40. 16. in locis humeribus &c. Sicut porcus: Dominus vero in altis. Pl. 112. 5. qui in altis habitat. Tertia ratio est unitas temporis: quia uterque Dominus vult sibi servire toto tempore. De diabolo dicitur Jerem. 16. 13. Servitis diis alienis, qui non dabunt vobis requiem die, ac nocte. De Domino Luc. 1. 74. in sanctitate, & iustitia, coram ipso omnibus diebus. Hugo Card. in Luc. 16. 6.

Nemo servus potest duobus dominis servire. Luc. 16. 13. Non dicit, non potestis Deo servire, & mammonam habere; sed non potestis servire; quoniam contraria jubent! Deus enim vult præponi spiritualia omnibus rebus; divitiæ autem volunt se præponi spiritualibus. Cajetanus hic. Ratio quadruplex, cur quis non possit simul servire duobus dominis. Prima; appositio ministeriorum: nam servitium Dei est in exercitio virtutum. Luc. 1. 75. serviamus illi in sanctitate &c. Servitium diaboli est in exercitio vitiatorum. De filio prodigo dicitur, quod misit illum in villam ad pascentes porcos. Luc. 15. 15. Secunda est dissimilitudo ministeriorum: quia Dominus vult habere ferventes oculos. Ezech. 10. 12. animalia erant plena oculis. Diabolus vult suos monoculos. 1. Reg. 11. 2. in hoc sermone vobis sum factus, ut eram omnium vestrum oculum dextero. Dominus vult humiles. Psalm. 160. 7. non habitabit in mensis domus mea, qui facit superbiam: diabolus arrogant. Job 41. 25. ipse est Rex super universos filios superbiam. Tertia est elongatio locorum. Dominus vult esse in loco sublimi, & mundo. Psalm. 122. 1. ad te levavi oculos meos &c. Diabolus in locis immundis. Job 40. 16. Quarta discretio temporum: quia diabolus vult, quod sibi serviat omni tempore. Jerem. 16. 13. Similiter Dominus Luc. 1. 75. omnibus diebus. S. Bonavent. hic.

Ex Patribus, & aliis.

S. Augustinus l. 1. de conf. Evang. c. 17. querit; cur Romani colentes deos omnium Gentium, non colerint Deum Hebræorum: cum Hebræos, æque ac alias Gentes subjungissent: ac responderet: nihil restat, ut dicam; nisi quia solum se voluerit coli. Cornelius in Eccl. 34.

Ausi sunt nonnulli impie unum Deum dividere sermone: & aliquid dicebant, alium esse animæ opificem, & dominum; alium vero corporum; absque ratione, simul & absque pietate docentes. Quomodo enim ditorum dominorum unus homo servus esset? cum Dominus dicat in Evangelio: nemo potest &c. S. Cyrill. Jeros. Catech. 4.

Exeundum nobis est de Agypto; relinquendus est Mundus; si volumus Domino servire. Orig. hom. 3. in Ex.

Animo vacare non potest, qui de corpore sollicitus est. Quemadmodum nemo potest oculum unum in cœlum astollere, & alterum humi desigere, ita mens nequit, quæ Dei, & quæ Mundi sunt, simul curare. B. Ilias Abb. orat. 15.

Duplex corde, aut animo est; & terram duabus viis ingreditur, qui de his, quæ agit, temporalem & æternam vult captare mercedem; & Deum querit, & homines hujus sæculi, pariter oblectare. Sim. Cals. l. 7. c. 8.

S. VIII.

Servitia spontanea Deo gratiora.

Dixit quoque Dominus Deus: non est bonum, esse hominem solum; faciamus ei adiutorium simile sibi. Gen. 2. 18. S. Thom. hic: dixit Deus non tantum intra se; sed etiam illustrat menti ipsius Adæ. Fuit enim conveniens præcipere ejus consensum: quia nulli debet dari uxor, sine ejus proprio consensu aliquali.

Vox dilecti mei pulsantis, aperi mihi seror mea &c. Cant. 5. 2. Guilielmus parvus, seu Neoburg: Vox; inquitbat Deipara, dilecti mei pulsantis facta est ad me; quando impleto tempore dispositionis suæ, placuit incarnari ex me. Quæ autem fuerit vox illa, contestum addit: aperi mihi seror mea. Poterat Dilectus, nonaperiente ipsa, ipse introire in virginalem uterum; sed ad matris gloriam, quam maluit

spontè, & hilariter aperire; stetit ad ostium, & pulsavit.

Quem miramur? & quis ibit nobis? Il. 6. 8. Cui Ilias: ecce ego, mitte me. Dominus autem: vado, & dicit populo huic &c. S. Ambros. in Psalm. 118. Servulo suo poterat imperare; quem dignum, qui mitteretur, invenerat: sed maluit eum spontaneæ oblationis non fraudare mercede; qui, ut ipse se offerret, præstolatus est. Et quamvis ejus scire affectum, expectavit tamen vocem; ut cumulare gratiam. In Romana militia Volones præcipue commendati; quia voluntarii procedebant ad campum. Efcobar t. 1. mir. Chr. lib. 8. sect. 1. Obl. 3.

Tollite jugum. Matth. 11. 29. Inquit Salvator: non impono, non gravo, non cogo, non invite vestris cervicibus ligo; sed præparo, & offero: libertatem habetis, liberi creati fuistis. Inest vobis ratio discernendi: sub quo Domino laboratis, agnoscitis. Fortè videtis & præmia; nec forte ignoratis, quid à vobis exactor improbus exegit; qualia sunt præmia, quæ speratis. Sim. Cals. l. 7. c. 22.

Si quis vult post me venire, abneget semetipsum &c. Matth. 16. 24. Vide, quomodo nullam his verbis necessitatem imponat: non enim dixit, si veletis, si ve nolitis, hoc vobis ferendum est. Sed quomodo? Si quis vult venire post me. Non astrictio vim; non cogo; sed quemlibet dominum voluntatis suæ constituit: ea de causa dico, si quis vult. S. Chrysof. orat. de ador. Crucis.

Si vis ad vitam ingredi, Matth. 19. 17. Si quis vult post me venire. Matth. 16. 24. Si quis vultis vobiscum esse, non faciet. Joan. 7. 17. S. Hieron. ep. 25. non tibi imponitur necessitas; ut voluntas præmium consequatur.

Nihil vultis in via, neque virgam. Luc. 9. 3. Virgam aufert, nè metum inferat. S. Ambros. l. 7. in Luc. eos emittit feminandam viam, qui non cogent, sed docent. Sed nonne Marci 6. 8. præscriptum à Christo est, nè quis relinset in via, nisi virgam tantum! An contrarius sibi Dominus? virgam nodum. Rupertus l. 9. in Math. ad mentem Ambrosii: virgam regum negat, virgam pauperum concedit. Velloso in Judith. 2. 41.

Vix sanus ferri? Joan. 5. 6. Cur eum interrogat; non quia de ejus dubitare voluntate; sed ut ejus aliquomodo excitaret arbitrium; & ad tantum beneficium recipiendum disponeret. Significat Dominus, se arbitrio hominis libero uti in salute conferenda. Efcobar t. 1. mir. Chr. l. 5. sect. 2. §. 1.

Nunquid & vos vultis abire? Jo. 6. 68. q. d. Meum fuit vos recipere venientes; venire vestrum: meum retinere Discipulos; vestrum est, manere penes Doctorem; aut abire, liberi, ut venistis. Non cogo, non aufero libertatem: vidistis, quæ feci; audistis, quæ dixi. Sim. Cals. l. 11. c. 20.

Si quis stetit, venit ad me. Joan. 7. 37. Venit, qui servavit, & stetit iustitiam. Matth. 5. 6. Auth. Imp. op. ecurire, & stite iustitiam, est desiderare iustitiam Dei: ut, si ve faciant homines iustitiam Dei, si ve audiant; non quasi invitati audiant, vel faciant, iustitiam Dei; sed ex desiderio cordis: quoniam omne bonum, quod non ex amore ipsius boni faciant homines, ingratum est ante Deum. Unde Dominus per Joannem, non omnes simpliciter vocabat ad potum, sed tantummodò scientes.

De virginibus ait Apostolus, præceptum Domini non habeo. Cur? quia & ipse, ut esset virgo, non fuit imperii, sed propriæ voluntatis. Quare ergo non habet Domini de virginitate præceptum? quia majoris est mercedis, quod non cogitur, & offertur: quia si fuisset virginitas imperata, nuptie videbantur ablatæ: & durissimum erat, contra naturam cogere; angelorumque vitam ab hominibus extorquere. S. Hieron. ep. 22. de custod. virg. ad Eustochium.

Quidquid sit necessitate, citò solvitur: quod voluntate arripitur, perseverat. Idem in Olee 7.

Quod spontè non fit, non etiam durabile est: illorum fluminum, & arborum, instar; quæ vi retinentur. S. Greg. Naz. or. 6. de Spirit. Sancto.

TITULUS XXIII.

SILENTIUM.

S. I.

Symbola.

Sepulchrum patris est, quærit eorum. Pl. 5. 11. Taciturni, sunt sepulchrum Christi, cui advolvunt ingentem lapidem. S. Ambros. l. 10. in Luc. quicumque in se bene humaverit Christum, diligenter custodiet eum, nè perdat; neve perfidiae sit ingressus. Pinna Ethol. 91.

Hortus conclusus seror mea. Cant. 4. 12. Hic hortus conclusus est sera silentii. Cogitationum terrenarum multitudo, si hortum hunc irruerit, bestialiter conculcat. Rich. à S. Viç. c. 29. in Cant.

Emmam vos fieri piscatores hominum. Matth. 4. 19. Eos homines

S. IV.

Silentium orationi, & contemplationi, amicum.

Mallens, & securi, & omne ferramentum, & non sunt audita in domo cum edificaretur. 3. Reg. 6. 7. Dum strepitus humani cessat alloqui, constituitur in te per silentium templum Spiritus Sancti. Templum quippe Dei per silentium creavit. B. Petrus Dam. l. 7. ep. 6.

Sedebit solitarius & taciturnus: quia levavit se super se. Th. 3. 28. Solitarius, dum tacet se elevat super se: quia mens humana, dum intrat silentii claustra undique circumcluditur, in superiora sublimis erigitur; ad cœlum per cœlestis desiderium rapitur; & in amore ejus per amoris spiritum inflammatur. Idem. ibid.

Falsum est autem post hæc verba fere dies illo; & assumpsit Petrum & Jacobum &c. Luc. 9. 28. Ut magis taciturnus, & filere valentes. Theophylactus hic.

Tacentes, & orantes, Dominus ut plurimum visitare dignatur. S. Laur. Just. de discipul. monast. c. 15. Tacentibus hominibus, loquitur Deus. Sim. Cals. l. 4. in Math.

S. V.

Amantes silentii.

Acephemas sexaginta annis domuncula inclusus, non vifus, neminem videns, nec loquens, per exiguum fossiam alimentus accipiens. B. Theodoretus histor. PP.

S. Flavianus Anachoreta cellulæ inclusus fuit sexaginta annis, neminem videns, cum nemine loquendus. Boll. l. 16. Febr.

a. VI.

Alia motiva.

Arduus autem ad loquendum. Jacobi 1. 19. Deus ipse per æterna sæcula, in sua sapientia, & contemplanda, & fruenda conquievit: & tardè, puta creatio Mundi, & temporis, coepit loqui; unicoque verbo fiat, invenit cœlum & terram. Rursus Deus per quinque millia annorum, quibus stetit Mundus, paucissima locutus est: nimirum ea solam, quæ in Bibliis continentur; adeo, ut plerique homines plus loquantur uno anno, quam Deus locutus sit per tot annorum millia Deum imitantur, qui multa audiunt pauca dicunt. Verbum incarnatum infans, & elingue, factum est, usque ad annum ætatis trigefimum: multa audivit pauca locutus est: anno vero trigefimo coepit docere, sed quam pauca fuit ejus verba quæ Evangelii continentur; si cum abyflo sapientie, quam in se continet, conferamus. Cornelius hic.

Die voce tenui, & æge actu grandi. S. Cyrill. Jeros. Apol. mor. l. 1. c. 16.

Silentium, omnium virtutum matrem, custodem, nutricem vocat. S. Bernardus ep. 89.

Nemo ad Religionis habitu blandiatur, qui adhuc linguam suam non didicit religare, Religia linguam tuam, si vis esse Religiosus: quia sine linguæ religatione religio vana est. Idem de Pass. D. c. 27.

Si futuram cogitas de verbis otiosis discussionem, non valde displicebit silentium. Idem ep. 11.

Vix evenit mihi inire cum aliquo colloquium, quin pœniteat me aliquorum. Et, quid profecerim alteri, sum ignorans: quid autem obfuerim mihi recognosco. Propterea conor in dies Domino propicio mecum morari. Gerson. ep. ad fratrem.

Pone Domine ori meo custodiam, & ostium circumstantia labiis meis, Psalm. 140. 2. Ostium dixit, & non murum: si enim murus poneretur, loquendi licentia, omnino negari videretur. Sed ostium ponitur: quod tempore, & loco, clauditur, & aperitur. Hugo lib. de duodecim abusivibus claustrii.

Hoc modo age in terris, quod sancti Angeli servaverunt in cœlis. Falsum est silentium in calo. Apoc. 8. 1. Hoc Lucifer quia non tenuit, propterea cum omni comitatu suo de cœlo cecidit. Dixit enim, in cœlum ascendam &c. O miser! quid loqueris? in illo sanctissimo Monasterio, ubi perpetuum silentium ab omni malo, statum est ab illo supremo Abbate. Tu quomodo loqui non timuisti, &c. Merito proinde expulsi es, qui silentium in cœlesti monasterio confregisti. Thom. Kemp. lerm. 8. ad Fratres.

Hebræorum adagium est: lagena plena nummis non sonabit: unicus, & alter, si in ea fuerit sonum edet, & tintiet. Sic sanè, quò quis doctior, eò est modestior, & taciturnior: quò indoctior, eò loquacior; ut suam sapientiam ostendet. Cornelius in Prov. 17. 27. præiosus spiritus vir eruditus.

Charillus apud Lacedæmonios celebratissimus Philosophus rogatus; cur Lycurgus tam paucas leges Lacedæmonis sanxisset? respondit: ideo factum, quod silentio affuerit, & verborum parci, & non egerent multis legibus. Drexilius orb. Phiac. c. 41. §. 1.

nes maximè Apostolici viri piscantur, qui silentium colunt: garrientes difficile ad pietatem trahuntur. Pinna Ethol. 272.

Pythagore discipuli, ob silentium, pisces in honore habebant. Unde Plutarchus in Isonopolitico, Pythagoricos ait à piscium ego abstulisse ex reverentia; quod hos quasi discipulorum suæ domesticos agnoscerent. Cornelius in Eccl. 41. 26.

Altissima quæque flumina minimo sono labuntur. Cornelius Comment. in Il. 8. fluvii, & silenter flunt: sunt profundissimi: ita corda silentum profundè sunt sapientiz.

Flumen. Lem. Murum, sed alium. Curtius l. 7. altissima quæque flumina minimo sono labi. Picinelli Grues volantes cum injecto in os lapillo. Lem. Tusa silentia. Masenius.

S. II.

Silentii laudes.

Poff hæc aperire os suum. Job 3. 1. Septem diebus taciturnus. S. Basilus in regulis suis disputatis c. 13. vocat silentium, gymnasium bene loquendi.

Os suum aperuit sapientia. Prov. 31. 26. Vox aperuit notat, eam clausum habere os, & obfiguratum silentio; quod nil, nisi clavis sapientie referret. Rufinus os aperuit sapientia; inquit, sapientiam habitare in corda ejus: illudque quasi animare movere, & regere: ut non tam virago, quam sapientia ipsa per os ejus loqui, & per manus ejus operari videatur. Ita S. Mechthildis adeo arte servavit silentium, ut eam mutam putares. Sin loqueretur: tanta id gratia facebatur; ut cum angelo colloqui existimaret, ait Engelhardus in ejus vita c. 5. Cornelius hic.

Tempus tacendi, & tempus loquendi. Eccl. 3. 7. Hugo à S. Viç. instit. mor. c. 16. Non ait Salomon, tempus loquendi, & tempus tacendi; sed, tempus tacendi, & tempus loquendi: quia prius in silentio forma loquendi sumitur; quæ postmodum loquendi tempore in voce tenetur.

Loquebatur velle. Marci 7. 35. Muti lingua sanata loquebatur rectè: mutum silentium linguam in bonos solvit sermones. S. Gregor. l. 30. in Job: ille scit rectè dicere, qui ordinatè tacere. Hac arte probatur vox illa clamantis in deserto. Ut enim minus vocis præcursor Domini inculpabiliter exercere posset; non alter, quam silentii beneficio in lucem prodit. Luc. 1. 20. eris tacens, & non parati loqui. Et mater ejus Elisabeth continebat se mensibus quinque. Bæza c. 2. l. 10. c. 9. §. 6. Priori loco collocatum est tempus tacendi; & post silentium dedit tempus loquendi. Gregor. Nyss. hom. 8. in Ecclesiasten.

Solutum est vinculum linguæ ejus, & loquebatur velle. ib. Post ligatam dicit linguam, ipsa soluta, mutus rectè loquitur: nec enim rectè loqui solet, qui non scivit tacere. Efcobar t. 1. mir. Chr. l. 7. sect. 4. Obf. 1.

Etsi eris tacens, & non poteris loqui. Luc. 1. 10. Pater tacet ex pœna, ò quanto feliciter, vox nascitur! ò quanta taciturnitate tuba sæculis inclaratur generatur! Notent maximè Religiosi, quod vates, mutus existens, vocem Domini, id est, Joannem generavit: ut significaretur; quam sit proficuum silentium. Dicit S. Joannes. Non vocat à mysterio, quòd mutus pater Joannem genuit, qui vox clamantis fuit: semper enim melius vult in silentio generari; & spiritalis oculi quiete sapientia foris proferenda percipitur. Galfridus lib. allegoriar. sup. Luc.

Ille loqui veraciter novit, qui prius bene tacere didicerit: quasi enim quoddam nutrimentum dicit verbi, censura silentii. Hinc etiam per Salomonem dicitur: tempus tacendi, & tempus loquendi. Eccl. 3. Non enim ait, tempus loquendi, & tempus tacendi sed prius tacendi præmittit tempus, & postmodum subdit loquendi: quia non loquendo tacere, sed tacendo debemus loqui discere. S. Gregor. hom. 11. in c. 3. Ezech. Mea certe sententia? qui didicerunt loqui, etiam filere didicerunt. Philo lib. de silentio.

S. III.

Silentium sapientie amicum.

Ecce Magi. Matth. 2. 1. Magi, id est, sapientes; ut exponit S. Anselmus. S. Th. Beda, S. vero Basilus orat. de Chr. ortu: silentes vocat: quia Philosophi olim ab hominum conversatione vivebant separati. Sylveira hic.

Non est æternæ sapientie verus amator, qui procaeter loquitur. S. Laur. Just. discipul. monast. perf. c. 15.

Quam speciosa, quamque opportuna, & accommodata est nobis virtus silentii: aliud prorsus nihil, quam sapientissimam cogitationum mater. S. Antiochus Abb. hom. 103.

Sapientie est plena res opportunum silentium; omnique præstantior sermone. Plutarch. de instit. liber.



Lumen in conclave illatum necessario extinguatur, si ceruus accensus imponatur mensæ? fenestras autem utrinque patulas ventus permeet. Applicata Id. ib. Pauca loquentibus paucis legibus opus est. Plutarchus l. de educ. liber.

§. VII.

De garrulitate silentio contraria.

Aperiens os suum docebat. Matth. 5. 2. De homine semper loquente non est, cur dicatur, aperuit os suum: quia illud ferè semper apertum habet. Diez conc. 3. in festo OO. SS.

Sicut formax, cujus os semper apertum est, non potest in se retinere fervorem; sic nec cor devotionis in se poterit gratiam conservare; cujus os non fuerit janua silentii reclusum. S. Bernardus de Pass. D. c. 27.

Nil sic dissolvit mentem, compunctionem dissipat, & interioris gustus dulcedinem tepescit; sicut inanis loquacitas. S. Laur. Just. de discipul. mon. conversat. c. 15. Vide plura ibidem.

Horret Christus magis asperitatem morum, linguæ stimulos; quam aculeos spinarum; in his præsertim, qui in silentii vocati sunt simplicitatem, in charitatis negotium, in humilitatis scholam, & vinculum unitatis. Gilbertus f. 20. in Cant. Silentium mater est sapientissimarum cogitationum. Ut, si balnei ostium nimis frequenter aperias, calor abit: sic nimis os loquendo aperiens, devotionem amittit. Diadochus in affect. de perfect.

Ex lapide quidem, ac ferro, excutitur ignis; ex loquacitate verò, ac jocis, mendacium nascitur. Joan. Climacus gr. 22. de mendacio.

Loquacitas ignorantia certum est argumentum, mendacii epifex, compunctionis desolatio, somni præcursor. Contra verò taciturnitas in cogitatione mater est orationis, ignis divini amoris conservatio, specula hostium, suppliciorum pictor, scientiæ adjectio. Joan. Climacus gr. 11. de loquacitate.

§. VIII.

Varia alia.

Mafsa Duma, & Massa. Gen. 25. 4. Sunt nomina propria Filiorum Ismaelis. Hebræi ea conjuncta proverbialiter usurpant, dicentes: Mafsa, Duma, Ramassa. Quod significat: multa audienda, tacenda, & ferenda esse. Mafsa enim Hebræicè auditum significat; Duma silentium. Mafsa tolerantiam. Quod Itali dicunt: audi, vide, tace; si vis vivere in pace. Cornelius hic.

Silent omnis caro à facie Domini. Zach. 2. 13. Sept. timeat omnis caro à Persona Domini, sicut à facie ejus omnis terra. Habac. 2. 20. Sept. Reveretur. Silere à facie Domini Dei. Sophon. 1. 7. Sept. timeat.

Si futurum cogitas de verbis otiosis discussionem, non valde displicebit silentium. S. Bernardus ep. 1. Silentiarum erant officiales intimi regis; qui quietem, & silentium in aula procurabant; ac tumultus famulorum, rerumque omnium, compescerant, ne regis aures obtunderent. De quibus Justinianus c. de silentiarum, & Procop. l. 2. belli Persici. Cornelius in Eccl. 2. 5.

Fuere inter Palatinas dignitates silentiarum; qui silentium, & quietem, populo invicabant; tum majores, qui senatores erant, & secretis præerat Imperatoris, inter Clarissimos numerati. Bollandus 23. Jan.

Loquenti magistros habemus homines, tacendi deos. Plutarch. libello de garrulitate.

§. IX.

Silentium in calumniis, ærumnis, injuriis.

Exemplum Christi.

Jesus autem tacebat. Matth. 26. 63. Bene tacet, qui defensione non indiget. Ambiat defendi, qui metuit superare; festinet loqui, qui timet vinci. Christus autem, cum condemnatur; & superat: cum judicatur; & vincit. S. Ambros. f. 49. de accusato Dom. apud. Pilat. Taceat lingua necesse est, ubi ipsa veritas sibi adest. Scivit enim Salvator; quomodo silendo vinceret; quomodo non respondendo superaret. S. August. f. 118.

Et convenientia testimonia non erant. Marci 14. 56. Suffinet patienter Salvator, nec ad objecta respondet. Causa innocentis magis silentio, quam clamore agitur. Sim. Cass. lib. 13. hic.

Cum diabolus vult rumpere silentium nostrum, statim memores simus silentii, quod Christus tenuit ante Pilatum; diabolum repellimus tacendo, auxilio Domini. Unde Ex. 14.

14. Dominus pugnabit pro vobis & vos tacebitis. Hugo Card. in 1. Reg. 17.

Ex Veteri.

Præcucant aqua reptile. Gen. 1. 20. Cassiodorus lib. de amicitia, componit septem virtutes cum primis septem diebus creationis, unicuique virtutem unam accommodando. Dicit quintæ, in qua creati pisces, fortitudinem assignat. An non aptior dies, quo ferocia animalia creata? Ne pisces aptissimum fortitudinis symbolum, & virorum sub aquis tribulationum, injuriarum, calumniarum, contumeliarum, silentium, Verba illius sunt: fortitudo fit dies quintus, per quem in hoc mari magno, quasi pisces spirituales, procellosa fluctuum molimina toletemus; & cohibeamus lingue lubricum sub censura silentii. Hinc Plutarchus libro de profectu ab inimicis capiendis; silentium in maledictis res gravis; & Socratica; vel potius Herculeæ.

Tradiditque Joseph in carcerem. Gen. 39. 20. Nec verbum opponit; nec querelam miscet, licet innocens. Joseph, certus, Deum innocentie suæ fore defensorem. De verbis Christi D. non lego Pilatum miratum fuisse; miratus tamen de silentio. Matth. 27. 14. Alvarez Illustr. III.

Nam salutare nos poterit iste? 1. Reg. 10. 27. Dicebant aliqui, electo Saul in regem. Ille verò dissimulabat se audire. Sylveira in Act. 28. 4.

Urget Achabus Michæam mitti in carcerem. 3. Reg. 22. 27. Regem quidem pungit oraculo. Si reversus fueris in pace, non est lectus in me Dominus. De sua injuria non agit, sed addit: audite populi; omnes. 1. Reg. 28. Sed intermissio sermone tacet, contumeliam refutans silentio. S. Greg. ho. 18. in Evang. gloriosus est injuriarum tacendo fugere, quam respondendo superare. Velloso in Judith. 6. Parant. 1.

Si expavi ad multitudinem nimiam & dissilio propinquum terris me: & non magis taci, nec aggressus sum osium. Job 31. 34. Quidnam hoc in loco ostium, nisi os debemus accipere? Hi coguntur osium egredi, qui pulsati contumeliis, quam magni apud se lateant, loquentes denuntiant. Dumque per impatientiam victi, quadam de se, qua nesciebantur produnt; tanquam per os osium egrediuntur. Unde B. Job dicitur, quod os osium non fuisset egressus; bene præmisit, taci: &c. S. Greg. mor. in Job hic.

Postui os meo custodiam, cum confiterer peccator adversus me. Pf. 38. 2. Ut coronaretur triumphis, abstinentum verbis censuit. Aptior militum latera ambientium custodia, quam os taciturnitas contra inimici assultus videbatur; & David totus est in os silentio. O bene! quia egregius factus est opus, David licentioribus parit; linguam frenat, ut manus roborent. Naxera in Jos. 7. §. 10.

Cum se subdueret David ab oculis Saul, & fugam meditaretur, huic celebris fugæ occidit Pf. 55. præfixo hoc titulo: in finem pro populo, qui à sanctis longè salus est. Sancti Hieronymus legit: Videri pro columba muta. Glossa hic: columba, quia fuit sine felle amaritudinis: quia Saulem, persequentem ad mortem, bis salvavit à morte. Vatablus hic. David columbam taciturnitatis, & mutam appellat; quod Dei voluntati omnia commiserit; nihil suis adversariis respondens. Arcones in H. 2. 4. Disc. 3.

Exaudi te in abscondito temporis. Pf. 80. 8. Quando non palam tribulationem circumfers, ut solatia mendicis ab hominibus; tum à Deo audiris: qui cum his versatur, à quibus ærumna in sinu continentur; nec auribus hominum, oculisve patefaciunt. Oliva l. 12. Serom. §. Paratum cor meum.

Et gloria ejus est iniqua prætergredi. Prov. 19. 11. Scur peregrini, dum in longinquam regionem abeunt; ibi à pueris, & incolis, subinde ridetur, ac probris impetuntur, ob peregrinum habitum, linguam, & mores; ibi tamen scientes, se esse peregrinos, omnia illa dissimulant; & taci, quasi ad se non pertinerent, prætergrediuntur; ac suo itinere pergunt, anhelantes ad optatum viæ terminum. Sic sapiens, sciens se peregrinum in terra, civem verò cœli, & domesticum Dei; omnesque injurias, probra, & adversa, prætergreditur; dissimulat, non curat; quasi ad se non pertinerent; dixitque ego tanquam surdus non audiebam. Pf. 37. 14. Cornel. hic.

Percussit Phasur Jeremiam Prophetam, & misit eum in carcerem. Jerem. 20. 2. Advertenda Prophetæ patientia; quod missus in carcerem tacet, & silentio vincit injuriam. Sancti Hieron.

Potes in pulvere os suum. Thren. 3. 25. Quod ait, juxta aliam interpretationem, dabit in sepultura os suum, vel in fossura; ostendit patientiæ taciturnitatem, ut, tanquam sepultos, non loquatur: immò quodam virtutum agere obstruat vocem; ne doloris emittat querimoniam: ut vocem ipsam velut quodam busto, ac tumulo, sepeliat; atque includat; quam nulla extorqueat, nullaque excitare possit injuria. S. Paschasius hic. Thoretus hic: Potes in pulvere os suum, hoc est, in terra, Tacetis scilicet, & animo generoso feret convitia, & probra; perinde, ac si haberet os plenum terra. S. Ambros. in Psalm. 118. Octon. 10. in littera Jod legit:

git: dabit in sepultura os suum. Non quocumque pulvere patiens oppilabit os suum, sed terra sepulchri, & existimans Mundo mortuum, & tumulatum, cum audit convitia. A mortuis accipit silentii, & patientiæ documentum. Arcones in H. 2. 4. Disc. 2.

Flens suspexit ad cœlum. Dan. 13. 35. S. Ambros. offic. l. 1. cap. 3. est magnum, & negotiosum silentium; ut erat Sufantia: quæ plus egit tacendo, quam si esset locuta. Tacendo enim apud homines, locuta est Deo: nec ullum majus indicium suæ castitatis invenit, quam silentium. Conscientia loquebatur, ubi vox non audiebatur: nec querebat pro se hominum judicium, quæ habebat Domini testimonium.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Beati mites. Matth. 5. 4. Er mutas corporis ex defectu nature; nec non ex voluntate fe mutum aliquis facit; cum seclatuta sacra silentia ex amore virtutis; Spiritu Dei actus, intendit; & vacat, sanctæ taciturnitati. Sic est & mites in similitudinem mutitatis; qua fe homo mutum facit; non habens ad approbria, & ad convitia, & ad quælibet maledicta, redargutionem, aut repunctionem. Sim. Cass. lib. 10. hic.

Utrique homicida est homo hic. Act. 28. 4. Audiebat Paulus calumniam; tacet tamen: quia, ut ait S. Gregor. hom. 18. in Evang. gloriosus est, injuriam tacendo fugere, quam respondendo superare. Sylveira hic.

Contumeliam iratus intulit; vince, & amove silentio malum. Certè, si desupereris, acrius illum vindicet. S. Basilus hom. de ira.

Fatigetur improbitas patientia mea; plus improbum illum cædis sustinendo. Tertull. de pat. c. 8.

Nihil minus virile, nihil muliebrius est; quam robor in lingua habere. S. Chrysof. hom. 31. in Acta Apost. Convitatus est quispiam? vituperavit? Tu claude os tuum: si enim illud aperueris, concitabis magis ventum hunc. Non vides in ædibus, quando è regione, & directè dux januæ appositæ sunt, & status vehemens irruerit; si alteram clauseris, & respiratio prohibita fuerit; quomodo nihil valeat effluere status; sed plurimum de robore illius præciderat. Ita & hic. Dux sunt januæ: os tuum, & os illius, qui te vituperat, & probro afficit. Si tuum occluseris, & spirationem non dederis; omnem statum istum extingues: si verò aperueris, effrans reddetur. Sancti Chrysof. hom. 10. in c. 5. ad Thessalon.

Si quis te reprehendit propterea aliquid, quam fecisti, vel non fecisti; si taces, Jesu te similem præbes. B. Ilijas Abb. or. 8.

In spirituali prælio, cum inimicus perisuris; plenas convitiis, & maledictis, vociferationes profundit, tempus est silentii: silebo vincens. S. Diadochus l. de perfect. cap. 10.

Ciconia silybulum eorum, qui multa patiuntur. Hæc enim avis serpentes devorat, & illis pacitur; sed linguam non habet. Tuffo in Eccl. 1. 29.

TITULUS XXIV.

SIMPLICITAS.

§. I.

De Simplicitate opposita astutiae, amatur, docetur à Deo &c.

Ex Veteri.

Effragaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysis, obulerunt mente promptissima, argue devota, privitias Domini. Ex. 35. 20. Postea principes obulerunt lapides onychinos. ib. Nota, humilis plebs, & celeritate, & voluntate, suos principes ad religionem anteivit, prius enim obulit, & mente promptissima, ac devota; quod in principum oblatione non exprimitur. Mendoza in 1. Reg. 6. 5.

Quem videns asina juxta se pariter, & attrivit sedentis pedem. Num. 22. 25. Non vates Balaam, sed asina, angelum Dei videt. Cœlestia & divina, non dedignantur rudet, & simplices; dedignantur profanos sapientes; quibus amiora sunt; & chariora mundalia, & demoniaca. Baeza t. 3. l. 14. cap. 2. §. 9.

Quis dabit mihi pennas sicut columbæ? & volabo. Psalm. 54. 7. Cur non potius aquilæ? cum hæc multo altius, & velocius, quam columba volat? Columba typus est simplicitatis; effete simplices sicut columbæ, ad volandum in altum, non pennas aquilæ, id est, superborum, vel; sed columbæ, humilium, simplicitum. Sylveira in Matth. 16.

Saturabuntur ligna campis? & cedri Libani. Psalm. 103. 16. S. August. hic: faciatu sunt prius ligna campis; prius humiles facti sunt; deinde etiam cedri Libani; sed quas plantavit ipse.

Stello manibus nititur, & moratur in adibus regis. Prov. 30. 28. Cur tam alta occupat stello pennis ortibus; quando plura. P. Spanner Poly. Tom. 11.

res aves in dimetris nificat? S. Gregor. mor. lib. 6. cap. 5. plerumque aves, quas ad volandum penna sublevat, in vepibus resident: & stello, qui ad volandum pennas non habet, nitens manibus adificium regis tenet. Quia nimirum sepe ingeniosi in pravis actionibus remanent: & simplices, quos ingenii penna non adjuvat, ad obtinenda mœcia virtus operationis levat. Stello igitur, manibus nititur, in regis adibus moratur: quia illo simplex per intelligentiam recti operis pervenit, quò ingeniosus minime ascendit.

Oculi tui columbarum. Cant. 4. 1. Cur oculos columbinos laudat? si peripaciam celebrat, cur aquilæ non comparat? quia ad ipsum contemplantum, & mysteria ejus cognoscenda, non prævalet acies aquilæ, sed simplicitas columbæ. Sylveira in Joan. 7.

Ex Novo.

Et præcidentes. Matth. 2. 11. Flebant genua Mundi sapientes ante puerum parvulum; ut omnis Mundi sapientia ante Christi simplicitatem incurveretur. Sim. Cass. l. 1. c. 15.

Et circuitus Jesus terram Galilæam. Matth. 4. 23. Perambulat oppidula, & vicus: quatinus his locis major necessitas celestis doctrinæ; quam in civitatibus, ubi sunt majores Doctores. Sylveira hic, q. 1.

Cum autem descendisset de monte, facta sunt cum turba multa. Matth. 8. 1. Nota cum S. Chrysof. hom. 26. Euthymio, &c. quod turba sequatur; quæ erat erga Christum devota; non autem principes, scribæ & Pharisei. Nam hi, sua falsa scientia inflati veram, & solidam Christi sapientiam sperabant. Sylveira hic.

Quem dicunt homines esse Filium hominis? Matth. 16. 13. Theophylactus: non interrogat, quem me dicunt Pharisei? sed homines? de simplici multitudine dicens. Luc. 9. 18. scribit: quem me dicunt esse turba? Interrogat de simplici hic, q. 3.

Tu es Christus Filius Dei vivi. Matth. 16. 16. Quod tendunt longissimæ studiorum noctes; quo tanta frequentia populi, & sapientiæ lumina? quando rudis Piscator, sapientibus oculatur, abstrusa divinitatis dogmata manifestè innotuit. Baeza t. 3. l. 14. c. 2. §. 9.

Omnis turba veniebat ad eum. Marci 2. 13. Dum omnem turbam ad eum venisse scribit, qui illum sequebantur; non Scribas, aut Phariseos, existisse infinuat; sed homines simplices; omnique fuci, & astutiæ, expertes; nec non sano, incorruptoque judicio præditos. Victor Antioch. hic.

Eti pastores erant in regione. Luc. 2. 8. Tres pastores erant sicut & Magi tres, ut Bada habet lib. de locis sanctis c. 8. Cu ad tantum mysterium non proceres, vel regio sanguine nati; sed viles homines, assumuntur: quia pastores sunt homines simplices sine dolo; qui quosque veritatem hucare non solent; & ideo valde apti ad fidem eis dandam. Prov. 3. 3. cum simplici sermone sermo eius. Sylveira hic. Non mediocre fidei tibi hoc videatur exemplum, quod vills sit persona pastorum. Certè quod vilior ad prudentiam, eo pretiosior ad fidem. Non gymnasia, choris relecta sapientum; sed plebem Dominus simplicem requirit; quæ phalerare audiat, & fucare, necesse. Sancti Ambros. l. 2. in Luc. Obid quoque, præ ceteris, pastoribus his beneficium hoc obtingit: quia præ ceteris simplices erant, doctique expertes. Titus Boitrensis.

Beatus venter, qui se portavit. Luc. 11. 27. Illa doctrina Christi, quæ præcæsse, non in malevolis scribis, & Phariseis; sed in una simplici, & devota muliere fructum edidit. Clamat de turba; mulier enim plebeja erat. Sylveira hic.

§. II.

De simplicitate opposita duplicitati; & simulationi.

Ex Veteri.

Cur procepit vobis Deus? Gen. 3. 1. Cur dæmon, cum callidè cupiebat Evam vincere, non in columbæ mansuete specie, sed in colubæ formidabilis, paravit insidias? illum eicitus, & libentius, quam colubrum aulicatur. Hugo 5. Vici. venit ad hominem in serpente callidus hostis; qui, si permissus fuisset, in forma columbæ ventre maluisset. Sed hoc vasis sibi Spiritus S. reservavit: quia profectò dignum non erat, ut Spiritus malignus illam formam homini, ostiofam faceret; in qua postmodum eidem Spiritus S. apparere debuisset. de Castillo illat. 115.

Abominatus Egyptianum immolabimus Domino. Ex. 8. 26. Oves quippe Egyptiani dedignantur edere: quod autem abominantur Egyptiani, hoc nos offerimus: quia conscientia simplicitatem, quam sapientes hujus Mundi fatuitatem putant; hanc justè Domino in sacrificium immolant. V. Bada hic.

Oculi tui columbarum. Cant. 1. 14. Sponse decorum sponsum maxime ab oculis dilaudat; quòd eos habeat non vulpinos, non lupinos, non vulturinos, id est, non obliquos, non fraudulentos, & simulatos, non invidos, & rapaces. Spectant.



Antes ad pradam; sed columbinos, id est, simplices, candidos, ingenios, pudicos, rectos, amabiles, mansuetos. Sept. vertunt: Oculi tui columbae; in Nominativo plurali. q. d. oculi tui adeo belli, candidi, amabiles, sunt; ut non tam columbinus, quam columbae ipse esse videatur. Cornelius hic. Oculi cordis tui simplices, & mundi; atque ab omni duplicitate fallendi, ac simulandi, profus immunes. V. Beda l. 2. hic. Ego flor campi. Cant. 2. 1. id est, simplicium. Hugo Card. hic.

Dilectus meus candidus, & rubicundus. Cant. 5. 10. En, unde sit sponsi sui laudes exorta Ecclesia! Nam & ipsemet, decoris sui pompam explicaturus in Thabor, nullas gemmas advenit, nulla sparsit aromata; non aurum vultui, aut vesti, inposuit; unum non neglexit candorem. Matth. 17. 2. resplendit facies eius sicut sol; vestimenta autem eius facta sunt alba sicut nix: Geminus frontis, vestisque candore; quem e luce, & nive, hausit, pompam omnem gloriae includit. Et cunctaris etiamnum in amplexum volare sinceritatis? Idem ib.

Veni de Libano coronabor. Cant. 4. 8. An necis, candere prae nive Libanum? Quid porro in candore designatur nivium, nisi animi candor ingenui? Nusquam non candet, cum placet. Una est columba mea, persula mea. Cant. 6. 8. Oliva lib. 1. Strom.

Ex Novo.

Et simplices, sicut columba. Matth. 10. 16. Quid opis in confictu simplicitatis offerret pugnantibus in feras? quid columbae, cum lupis? age, videamus, ut animi ingenuitas, & lorica, & gladius sit; eaque validius, quam ferro, contra omnes hostes muniamur. Nemo Esau lupum esse negabit, & Jacob columbam; vel in utero matris conflixere. Sed ter supplantatus a Jacob Esau, modo pede retinetur, ne nascatur; modo lente in mercionum adigitur principatus; modo patina deluditur, speque sua cadit. Et quibus pugnavit armis columba contra lupum; candore suo. Gen. 27. 27. Fallus est Esau vir gnarus vendendi, Jacob autem vir simplex habitabat in tabernaculo. Prov. 2. 21. quoniam recti sunt, habitabunt in terra, & simplices permanserunt in ea: impij vero de terra perdentur. En, ut sua stet mole simplicitas: cumque fugae aptior columba videatur, quam constantia; stabilitur tamen penis in bafes obduratis. Fortè iniquis, nullis oppugnat adversariis: immo desiderat ipsi simplicitas. Job 12. 4. Et Prov. 29. 10. viri sanguinum oderunt simplicitatem. Et tamen, licet probro sit candor, & odio; triumphat de aulitia. Qui decipit iustus in via mala, in itinere suo cornus, & simplices possidebant bona eius. Prov. 28. 10. Quae frenti armata penetrabant simplices in possessionem, praediaque astutiae? nulla, sed inermes ipsa simplicitas levabit. Simplicitas iustorum dirigit eos; & supplantatio peccatorum vastabit illis. Prov. 11. 3. Oliva lib. 1. Strom. §. Et simplices sicut columbae.

Tantum est regnum calorum. Matth. 19. 14. Nè ministri Christi obnoxii essent duplicitati, & simulationi; Christus Evangelium condidit in perpetuis, sinceritatis, & candoris, pronuntiatis: modo e caelo evocans simplices columbas; modo inantes sine dolo sibi in gremium admovent; mox suos, oves simplices vocans, Tantum est enim regnum calorum. S. Hieron. lib. 3. Matth. significanter dixit, calium, non aliorum: ut ostenderet, non zetatem regnare, sed mores: & his; qui similem habent innocentiam, & simplicitatem, praemium reponit. Oliva t. 2. conc. 3. 1.

Gloria nostra haec est, testimonium conscientia nostra: quod in simplicitate cordis, & sinceritate Dei; & non in sapientia carnalis-conversati sumus in hoc Mundo. 2. Cor. 1. 12.

Ex Patribus, & aliis.

Cordis simplicitas, dies est; quam fraus non obnubilat, non obtenebrat mendaciam, non obscurat invidia, non obscurat dolus: quam lux veritatis illuminat, praesentiae divinae claritas illustrat. S. Gregor. in Psalm. 5. poenitent. In quacumque die illuc.

Habet & Christiana simplicitas infantiam suam. Sicut enim infans necit irasci, fraudare non novit, referre non aude; ita & Christianitatis infantia laedentibus non irascitur, spoliantibus non resistit, cadentibus non repugnat. S. Maximus hom. 4. in festo Pasch.

Perfea. Lem: Concordia cordis, & oris. Fructus arboris Perfea formam cordis repraesentat; folium autem cum lingua similitudinem habet. Plutarchus. 2. 1. Strom.

§. III.

De simplicitati opposita duplicitate, & simulatione.

Ex Veteri, & Novo.

Cain Abelem deambulat duxit: egrediamur foras. Gen. 4. 8. Absolon Ammonem ad epulum lautum invitavit. 2. Reg. 13. 16. Jabel Sifare conciliavit somnum. Judic. 16. 19. Trypho Jonathan honorato hospitio excepit. 1. Machab. 12. 42. S. Chrysol. hom. 16. ad pop. decipitium maxime hoc opus est; prius suavia proponere, quò mox inferant tristitia.

Et levavit Saul vocem suam, & flevit; dixitque ad David: Justior es es, quam ego. 1. Reg. 24. 17. 18. Nihilominus David tunc magis timet, & cum suis in verticem montis paulatim recedit. Cur? Carthusianus: David, & viri ejus, conjece- runt, quòd brevi eos insequerentur. Alvarez Illust. 41.

Magister, sicutus, quia verax es. Matth. 22. 16. Cognitas autem Jesus nequicia eorum, ait: Quid me tentatis hypocritae? Amorem verba sonant; cor infectum est nequitia. Lyran: dum voce aures demulcet, ad scopulos trahit, ut allidat. Prov. 27. 6. meliora sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula odientis. Alvarez Illust. 47.

Rego ergo te Peter, ut mittas eum in domum patris mei. Luc. 16. 27. S. Chrysol. f. 123. dives Lazarus ad domum patris sui non miseratus, sed miserandus; inquit; quem toto tempore substantiae miseratione suis incumbentem jamvis non excepit: & sub specie pietatis, ad prisina vulnera, ad prateritis gemitus, Lazarus vult redire.

Motiva duplicitem hanc vitandam.

Ex Veteri.

Quicumque comederit fermentatum, & peribit anima illa de Israel. Ex. 12. 15. Cur? Abulens. abhorruit Dominus semper a mixturis.

Aurum tuum non feres diversis semine. Levit. 19. 19. Voluit DEUS hac ceremonia, scilicet simplicitate feminis, & vestis, quam duplicitate, ut simplicitatem commendaret in omni re. Deus enim, cum sit simplicissimus, amat simplicita; & adulerinas mixtiones, sive carnis, sive spiritus in suo cultu odit, & vetat. Ita Theodoretus apud Cornelium hic.

Non indueris vestimento, quòd ex lana, linquo, contextum est. Vetat Deus Deut. 22. 11. non gestandam vellem ex lana, & lino textam. Cur? voluit nos simplices esse, & simpliciter apud proximos conversari. Oleaster hic.

Salvum me fac Domine, quoniam defecit sanilus. Pl. 11. 1. Qui olim urfos, & leones, laceravit, quid nunc timet ab hominibus? Labia dolosa in corde, & corde lectus sunt. v. 3. Euthymius: aliam intranimum sententiam servant; & aliam verbis expriment. In corde, & corde locuti sunt. Homini Deus unum cor praeiit, illi duplex habent: ergo impij sunt. Alvarez Illust. 41.

Verba bilinguis. Cant. Prov. 18. 8. Hugo Card: dicitur bilinguis, qui duabus linguis loquitur; bona hic, mala illic; unum in aure istius, aliud in aure illius; qui bona dicit in praesentia, mala autem in absentia.

Capite nobis vulpes parvulus. Cant. 2. 15. An ibi nullum ferum genus, exceptis vulpibus? immo pardi, & leones, & dracones, favebant. Cant. 4. 8. de cubilibus leonum, de montibus pardorum. Cur ergo, incuria leonum, vulpes infectatur? Quia scit Ecclesia, desperatis lacerari viscera sua gliscente politica, quam debacchante crudelitate. Leonum unguibus, quasi aratro proficilla, genuerunt Ecclesia. Quot Martyres sub Nerone? At repentibus vulpibus nusquam Martyres; sed ubique excucillati, schismatici, haeretici, athei. Oliva l. 3. Strom. §. Collegerunt Pontii.

Sentite de Domino in bonitate; & in simplicitate cordis quare illum. Sap. 1. 1. Abominatio Domini est illusor, & cum simplicibus sermocinatio ejus. Prov. 3. 32.

Susurro, & bilinguis, male dicitur: multos enim turbabit pacem habentes. Eccl. 28. 15. Hugo Card. Sic serpens habet linguam bifurcatam.

Visitabo super omnes, qui induiti sunt veste peregrina. Sophon. 1. 8. Qui scilicet, interprete Hieron. in uno corpore plures gestant animos, in uno ore plures personas gerunt. Mendoza in 1. Reg. annot. 4.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Cum gustasset, noluit bibere. Matth. 27. 34. Acetum bibitur; vinum cum felle non bibit: non quia fel sed quia admixta vino amaritudines recufantur. S. Ambros. in Luc. 23. unus autem de his &c.

Si autem nequam fuerit. Cant. Luc. 11. 34. Duplex corde est, qui

qui agit veritate, cum quibus loquitur, & obversatur: nam unum est in corde, aliud in ore; cum ore blanditur, cum corde decipere tentat. Sim. Cass. l. 7. c. 6.

Vidi aliam bestiam ascendentem de terra, & habebat cornua duo similia agni; & loquebatur sicut draco. Apoc. 13. 11. Haec bestia significat infemum pseudo prophetam, principalem; & Duem Antichristi. Sed corpus discrepat à voce. Ecce idea iniqui Magistri: praesentia agnum ostendit, ut se facile aliis valeat insinuare; sed voce deglutit. Ansbertus: assumit agni speciem, ut draconis exerceat operationem: agnum fingit, ut agnum simulat mentem habere o homo, propter illum, qui seruat corda, & renes. S. Cyrill. Jerof. Catech. 1. Illuminatorum.

Malum est iniquitas; sed pejus est, simulare iustitiam, Malum est invidia; sed pejus est, simulare amorem: Malum est superbia; sed pejus est, simulare humilitatem, &c. Semper fingitur per se contere verbis; nec amico loquitur recta, decipit eum ore; offendens amorem, quem non habet; offensus obsequium, quod facere non intendit: dicit, se gaudere de prosperis, de quibus dolet; de adversis dolere, de quibus gaudet in corde. Sim. Cass. l. 8. c. 3.

TITULUS XXV.

SINGULARITAS.

Motiva vitandam.

Primum.

Exemplum Christi.

Tunc venit Jesus à Galilea in Jordanem ad Joannem. Matth. 3. 13. Transiit Evangelista ab infantia Christi ad zetatem perfectam trigemini anni; tacet autem conversationem, & operam ejus, intermedio tempore: quia communis fuit illius conversatio; & habebatur tunc sicut ceteri homines. Cajetanus hic.

Cum jejunasset quadraginta diebus. Matth. 4. 2. Cur elegit ad jejunandum numerum quadragiesimum? Nè excessus jejunii pariat admirationem; & quòd inauditum introducat. Poterat enim Christus jejunium Moysis & Eliae transcedere: sed, pro singularitate vitanda, noluit, Sylveira hic. Noluit Christus diutius jejunare, quam ministri ejus, Moyses & Elias; ut singularitatem doceret vitandam. Dionys. Carth. in Luc. 4. 2.

Alis Joannem Baptisam, alis Eliam. Matth. 16. 14. Nemo in Jesu cerebat, quod non permanens, non veterum moribus conformatum. Baza t. 2. l. 10. c. 5. §. 3.

Aperto ore ejus invenies faterem. Matth. 17. 26. Pro seipso Salvalor solvi voluit; nè Reipublice contrarius videretur, aut conturbare publicos bonos morum. Non enim spectat ad alium prudentem; ipsos, etiam in modico, conturbare. Placuit nempe Christo moribus publici, si sunt iusti: nec decebat eum contentiois deservire in allegatione juris suae altissimae libertatis. Sim. Cass. l. 4. c. 9. hic.

Ut circumcidetur puer. Luc. 2. 21. Circumciditur, propter communitatis, & uniformitatis commendationem: ut nos singularitatem vitemus; nè pro peccatis nostris puniri spernamus. Dion. Carth. apud Sylveiram hic.

Vagantur unguentis. Luc. 7. 38. Nè peregrinae adventionis studeas superinducere novitatem. Nam & ipse, qui est Magister Angelorum in caelo, morem in terra tenuit, quem invenit. Nec dedignatus est, terrenam servare consuetudinem: nam cur fassis esset nisi quia Palestinae, atque Judaeae regionis mos erat; ut ejuis accolae crebrius ungerentur. B. Petrus Dam. ep. 106.

Post haec erat dicitur Jesus Judaeorum, & ascendit Jesus Jerusalem. Joan. 5. 1. Celebritatem celebrat homo cum hominibus. Interlin.

Secundum.

Alia exempla. Item quam noxia, periculosa, singularitas.

Seraphim stabant super illum. Il. 6. 2. Lucifer singularitatem affectans. Il. 14. 13. ait: Jodebo in monte testamenti. S. Bernard. f. 5. de verbis Il. va tibi superbe spiritus; solitudinis & solitariae presumptionis amator. Non steitili in veritate, expulsus es. Pes superbia flare non potuit: solus sedere volens, tanquam fulgur, cecidisti de caelo.

Cum capisset mergi. Matth. 14. 30. Cur Petrus permissus esset fic timere, aliquid tulum mergi, & in fide refrigescere; quia poterat postulare communem modum accedendi ad Christum: ut vel ipse Dominus ad eos accederet; vel ut ejus divina virtute Apofolorum navicula ad ipsam appelleret. Sed Petrus extraordinario, non communi modo, super aquas ambulavit. R. P. Spanner Poly. Tom. II.

do, ad eum voluit pervenire. Etiam virtus cum singularitate periclitatur. Sylveira addit. hic.

Jam non amplius in aeternum ex te fructum quisquam manducet. Marc. 11. 14. Cur inter caeteras arbores una maledicta ficus? S. Ambros. ad 13. Luc. si diligenter inquiras; discretam ab usu arborum caeterarum consuetudinem naturae hujus invenies. Namque aliae florem ferunt, antequam fructum; & pomaeque ventura praenuntio sui flore designant. Haec sola ab initio germinat pomina pro floribus; in aliis flos decurrit, & pomina nascuntur; in hac pomina decidunt, ut pomina succedant.

Ite ostendit vos sacerdotibus. Luc. 17. 14. Ama communia, vita singularitatem. Penes Sacerdotes erat judicium de lepra sanitate, & munditia: quod ut communissimum erat in populo, sic observandum proponitur leprosis à Domino. Baza t. 2. l. 9. c. 5. §. 6.

Non erat cum eis. Joan. 20. 24. Semper multationem patitur, à communitate fecerit; & communitati debita praemia singularitatem gradiens non accipit. Sim. Cass. l. 1. hic.

Romae medicus insignis mihi affuerit, se per 28. annos variis in monasteriis medicum egisse; ac continua experientia deprehendisse: in illis miseris esse; corpore & animo, contumaciter affligi; qui valetudinis, alioque praetextu, à communi vita se subducunt; & in victu, vestitu &c. Singularia appetunt. Unde concludebat: optima morborum omnium, quo corporis, tum animi medicina est humilitas. Cornelius in Prov. 17. 19.

TITULUS XXVI.

SOCIETAS.

§. I.

Bona.

Symbola.

Phison, ipse est, qui circum omnem terram Hevelith, ubi nascitur aurum. Gen. 2. 11. Phison descit ex tellure proxima. Nilus sordescit ex nigra. Naxera in Jos. 13. §. 24.

Separate urbes fugitivorum. Jos. 20. 2. Has urbes; ad quas homicidae, tanquam ad asylum, confugebant, ait Philo lib. de Cain, & Abel, ad Sacerdotes, & Levitas spectasse: ut homicidae illi consorcio, & familiaritate, Sacerdotum, & Levitarum, ad poenitentiam converterentur; & plangere peccatum dicerent. Pinna Ethol. 83.

Ne forte eradicetis simul & triticum. Matth. 13. 29. Quod triticum? ipsa Zizania in triticum convertenda. Non quia modo sunt; sed quia de tritici societate proprium exent, & tritici ingenium induent. S. August. in Catena S. Thomae primo Zizania sunt & postea triticum sunt. Itaque si avulsit fuerint (scilicet mali à bonorum collegio) simul eradicet & triticum; quod futuri essent. Naxera in Jos. 7. §. 31.

Carbo extinctus habet momentum à vivis. Sicut patet 4. Reg. 13. 21. de mortuo resuscitato per societatem ossium Elisei. Candela accensa, cum multis aliis copulata, in vento conservatur, & virga à fractone. Broymard. societas bonorum.

Solis radii derivati in vitrum uberiorum. Lem: Unius splendor incendium alterius. Picinelli.

Carbo. Lem: Alis ignitur. Scilicet accenditur. Id.

Testimonia.

Ex Veteri, Novo, & Patribus.

Nam & Saul inter Prophetas? 1. Reg. 10. 11. Dices, quam utilis sit societas bonorum: haec enim alii suam bonitatem applicat. En tibi Saul in societate Prophetarum sit Propheta; & prophetat. Deus enim suum spiritum affians prophetis; etiam Saulo affavit. Cornelius hic.

Prophetare ceperunt etiam ipsi. 1. Reg. 19. 20. Dices; quantum valeat bonorum societas; & quae ac sanctorum virtus, & merita: nam hinebulones, vel ministri impij Saulis inter prophetas facti sunt Prophetae. Idem hic.

Qui redemisti David servum tuum de gladio maligno. Psalm. 143. 10. Malignus est gladius diaboli, quia dividit à bonis; benignus est autem gladius Domini, quoniam separatur à malis. Cassiodorus hic.

Fons horrorum, puteus aquarum viventium, quo sumpsit icapeta de Libano. Cant. c. 15. vocatur sponsa. Libanus interpretatur candidatio. Teu pulchra es amica, & macula non est in te. Cant. 4. 7. Ideo non nisi fons horrorum dicitur, fons deliciarum. Gilbertus f. 37. in Cant. Plurimum ad decorem, aut ignobilitatem conduct; quibus convertitur. Extra rosas, lilia, & violas, fontem suum sponsum non sinit evagari. Naxera in Jos. 13. §. 24.

Beati sunt, qui te viderunt, & in amicitia tua decorati sunt. Eccl. 48. 11. Moraliter hic dices, quam salutare, & beatum sit, veritari cum viris eximijs; & sapientia, & zelo, plenis.